

proditorie occiderit. Hoc ipsum jus decernit, in cap. 1. de homicid. ibi: per industriam, vel per insidias. Nos cum plurimis adductis. *Supra contr. 30. num. 18. & segg.* dicimus, quod qualitate industriae, vel insidiarum probata, resultat clara probatio proditoris. Diana, & sequaces conantur ostendere, quod proditio probari nequit, quin adsit color amicitiae simulatae, quod inferunt ex doctrina Barr. in leg. perspicendum, §. delinquitur, ff. de pœn. quam, ind. contr. 30. ex num. 29. latè interpretati sumus: hoc non est diffinitum per Gregorium, neque per d. cap. 1. ergo nihil nocet immunitati, cum finis utriusque opinionis sit idem, nempe quod observetur Canonica lex excludens ab immunitate homicidam proditorium, licet quoad medium comprobandi proditorem dissentiant. Alterum exemplum depromitur ex eadem claus. 7. quarens in ea dicitur, quod publici latrones non gaudeant immunitate, quod pariter cautum erat in cap. inter alia 6. de immun. Pius V. sanctissimus Pontifex, in constitut. 112. edit. anno 1570. apud Cherub. tom. 2. fraudulentos decoctores, latrones publicos esse expressis verbis definiit; quæ dispositio non derogata per Gregorianam, neque cum ea pugnat, aut compatibilitatem habet; imò decoctores comprehendit, ut evidenter probat doctissimus Præsul Urrutigoiti, d. tract. de comp. Juris. quest. 82. ex num. 7. & quest. 90. num. 4. Diana opinatur decoctorem fraudulentum, non comprehendit in exceptione; perpendatur quæso, quis præter auctoritate, an sanctus Pontifex, qui canonizari meruit, vel Pater Diana, qui neque dignitate, neque virtute, neque doctrina cum eo potest comparari? Igitur immunitatem non lædet, neque jura Ecclesiæ impugnet, qui interpretatione, sive definitione sancti Antistitis Summi retenta despexit opinionem Dianæ, ne habenas malefactoribus laxando, Ecclesia criminibus, & criminosis impleatur. Sic similiter de patrantibus delicta in ipsa Ecclesia, nam licet Gregoriana solum exceperit occidentes, vel vulnerantes graviter, qui commiserit in ea graviora, vel æque gravia delicta, ab immunitate exclusus manebit per Text. in cap. fin. de immun. ubi communiter Doctores: Sic similiter, in ceteris delictis per jus Ca-

nonicum, & approbatas consuetudines ab immunitate exclusis. Licet verum fateor, quod in his opinabilibus questionibus rationabiliter inter Doctores discussis, cum deficiat notorietas juris, non est tam facilis aditus ad tribunalia Regia, quia de violentia in procedendo non apparet; eo ipso quo res dubia redatur; nam favore Ecclesiæ in similibus judicandum est, ut dixi. Quod est secundum membrum distinctionis propositæ sup. num. 84.

Secunda differentia quoad modum procedendi in his Regnis Castellæ, & Regnis Coronæ Aragonum, consistit in hoc; quod in Regnis Castellæ sola via recursum propter violentiam patet gravari ab Ecclesiasticis Judicibus, ad quam necessaria est notorietas facti, vel juris, ut dici possit violentiam adesse, & sic ea deficiente Laicorum Tribunalia, quantumvis suprema, habent manus ligatas ad obvianda gravamina Laicorum, qui ad superiores Ecclesiasticos appellare debent. At verò in Regnis Coronæ Aragonum, cum procedatur per viam competentis Jurisdictionis, mediantibus arbitris, auctoritate Pontificis eligendis, & eis dissentientibus Cancellario, qui vir Ecclesiasticus est, obtinens Jurisdictionem Ecclesiasticam, à summis Pontificibus, ad hoc concessam simul cum Regia, quam Rex noster pariter concedit, non requiritur notorietas, ad hoc ut competentia suscitetur & admittatur: sufficit namque probabile dubium; nam verè decidendum est, in judicio auctoritate Pontificia formato; ut docet Urrutigoiti, quest. 2. num. 12. Et sic non potest objici defectus jurisdictionis, quia Pontifex, qui est fons, & origo jurisdictionis Ecclesiasticæ, eam plenariam concessit arbitris, & Cancellario, cum amplissima facultate terminandi judicialiter has competentias, & jurisdictionales Controversias, ut practici illorum Coronæ Aragonum Regnorum docent, quorum plures congesti, dict. cap. 7. §. 1. num. 18. cum sequentibus, quibus addidi Cortiada, d. decis. 4. per tot. & Præsul Urrutigoiti, quest. 2. numero 4. & 12. Immo si aliqua via adest, ad vitandam admissionem competentis, est quod Curia renuens deducat notorietatem adesse pro se. Et licet in hoc casu, si alia Curia suscitaverit dubium super notorietate, nullus ex judicibus potest

potest vitare admissionem, nisi simus in re tam clara, ut nulla tergiversatione impugnari possit; ut hæc omnia latius tradidi, dict. cap. 7. §. 1. numer. 50. cum sequentibus, & postea Cortiada, d. lib. 1. decis. 15. num. 7. Urrutigoiti, d. quest. 2. num. 13. & quest. 36. ex num. 10. ex eadem praxi sequitur, quod notorietas non est necessaria ad admissionem competentiam.

- 111 Sed ut hæc omittamus, maximopere dictis obstat videtur, quod tota substantia decreti Laicorum, consistit in hoc, quod Laicus pro re proflua profana ducitur ad iudicium Ecclesiasticum, jurisdictionem secularem perturbando; ut verba decreti demonstrant, nempe quod vim inferit cognoscendo & procedendo. Quæ vera non sunt in causis immunitatis, nam licet procedat in Laicos, causa non est merè profana, quia tractatur de reverentia debita locis sacris, quantum rerum cognitio Ecclesiasticæ jurisdictionis est. Text. in cap. si Judex laicus 12. de sentent. excomm. in 6. cap. fin. de immunit. cum aliis adductis per Barbof. de pens. d. quest. 8. num. 44. plura ego, congesti d. §. 1. num. 8. Cortiada, d. decis. 2. numer. 3. & 59. Præsul Urrutigoiti, quest. 32. numero 2. Ex quibus concludendum videtur, nunquam in hac materia decretum Laicorum procedere posse. Nam etiam si notorietas juris, vel facti allegata sit, & Judex, comminatus censuris, vel Fiscalis declinatoriam fori objiciat, ipse Judex Ecclesiasticus tanquam superior ad minus cognoscere debet an sua sit jurisdictio, cap. super litteris in fin. c. ex parte, c. pastoralis de rescrip. leg. si quis ex aliena, ff. de Judic. l. 2. ff. si quis in jus vocat. non ier. l. prescriptione, C. si contr. jus vel util. publ. Barr. Innocent. & Abbas, in his juribus, Dominus Salgadus eis relatis, de Reg. protect. parte 2. cap. 10. numer. 95. Carleval. d. tit. 1. disput. 9. per tot. & tit. 2. disp. 1. numer. 10. Valencuela, consil. 42. numer. 12. Ex quibus sic tenuerunt Barbosa, vel Ojeda, dict. quest. 8. de pens. in fin. & Archiepiscopus Vega in dict. cap. decernimus de judic. num. 13. cum plurius ab eis relatis.
- 112 Verum his non obstantibus, nostra sententia tenenda est, quoties notorietas manifestè, & clarè apparet, reum ad locum immunem non confugisse, vel patrasse crimen exceptum modo præ-
- 113 dicto. Quia ad hoc, ut aliquis immunitatis privilegium obtineat, requiritur quod confugiat ad locum immunem, & quod crimen parratum sit ex his, quibus Ecclesia non habet denegatum privilegium immunitatis. Quibus additur quod Judex Ecclesiasticus procedens, debet habere concessam jurisdictionem ad procedendum in causis immunitatis. Si primum requisitum deficiat, hoc est, si per notorietatem appareat reum non confugisse ad locum immunem, deficit basis, & fundamentum jurisdictionis Ecclesiasticæ, quia non datur Ecclesia cujus reverentia tueri possit, & sic causa remanet merè profana, & Judex Ecclesiasticus vim inferit jurisdictionem Regiam perturbando. Quia semper constare debet de qualitate tribuente jurisdictionem. Text. in cap. ceterum 5. de jud. cap. si Clericus 5. de for. compet. leg. quædam puella, §. 1. ff. de juris. omni. jud. leg. 2. §. sed si dubietur, ff. de Jud. docent Craveta consil. 169. num. 5. Vantius, de nullis. tit. de defect. jurisdict. num. 53. Cardinalis Tufchus, pract. conclus. litt. 2. conclus. 17. & 19. Jacob. Menoch. consil. 2. num. 91. Ansaldo. de jurisd. parte 2. tit. 11. cap. 5. ex numer. 124. Olascus, d. decis. 71. num. 21. & decis. 88. ex numero 1. Francisc. Beccol. consil. 193. num. 10. Herman. Vulcei. lib. 1. de judic. capite 4. ex numero 135. Fariacius, questione 8. numero 86. Capi-blanc. de Baron. pract. 8. parte 2. numero 118. Ambros. de immunit. cap. 11. numero 4. vers. 2. Cortiada, dict. decis. sione 13. numero 3. Præsul Urrutigoiti, questione 73. numero 57. Valencuel. consil. 191. per tot. Carleval. de jud. tom. 1. titulo 1. disputat. 2. numero 1183. cum sequentibus. Azevedo, in l. 13. titulo 13. lib. 8. recopilat. numero. 10. Bobadilla, libro 3. politic. cap. 8. numero 208. & 220. cum sequentibus, Narbona, in dicta lege 20. Glossa 19. numero fin. lib. 4. recopilation. Salgado, dict. part. 1. ca. 2. numero 67. & parte 2. cap. 4. numero 43. & cap. 10. numero 68. & de supplicat. ad Sanctis. parte 1. cap. 30. §. 4. numero 39. Pareja, de instrum. edit. tom. 1. titulo 2. resolutione 6. numero 92. Retes, dict. §. 3. numero 62. apud quos plures alios habebis. Et sic deficiente hac probatione, qualitates tribuente jurisdictionem, per vim & injuriam trahit ad se judices seculares, ad arrogandam jurisdictionem

jurisdictionem quam non habet, ut late fundat Carleval. *dict. titulo 1. disputatione 2. numero 1018.* Quando autem per notorietatem apparebit reum ad locum immunem non confugisse, remanet dictum *suprà numero 70. cum sequentibus.*

Si per notorietatem juris res discernenda sit, aliter inspicere debet: nam qualitas prædicta, hoc est reum ad locum immunem confugisse, per Ecclesiasticum probari debet, antequam procedat, tanquam fundamentum suæ intentionis, ut ex dictis resultat: at verò, quod reus patravit crimen cui immunitas per Ecclesiam concessa non est, licet aliquando accidere potest, quod per notorietatem constat, ut in exemplis relatis superius, *numero 89.*

130 Frequentius tamen evenit, quod Judex laicus hoc probare teneatur coram Ecclesiastico, quia à communiter contingentibus, delicta patrantur occultè, ne facile de reo constare possit, præsertim gravata quæ ex prava animi qualitate, & præmeditata deliberatione committuntur, quibus Ecclesia non subvenit. Si enim Judex laicus probaverit delictum patratum de exceptis fuisse, juxta formam *Text. in lege fin. Cod. de probat.* tunc jam notorium factum est, reum non habere concessum privilegium immunitatis;

131 ac in consequentiam causa remanet merè profana, quia criminis districtio ad secularem pertinet, & Reus Laicus supponitur. Quo in casu deficit Ecclesiastico qualitas tribuens jurisdictionem ad procedendum, & vim infert in quantum procedit, quia ista crimina excepta Ecclesia non defendit, ut probavi *suprà numero 86. cum sequentibus.* Hæc & alia doctissime describit Dominus Retes, *dicto §. 3. ex numero 63.* & quamquam gloriosum esset doctrinam tanti viri transcribere, cum mei instituti non sit, sufficiat hæc scripta cum ea illustrasse. Neque in his casibus procedit regula quod Ecclesiasticus Judex, quia superior, cognoscit an sua sit jurisdicção: nam multis modis limitatur, nempe quando in totum negatur ejus jurisdicção Paulus de Castro, *in lege ex quacunque, numero 8. digestis si quis in jus vocat. non inierit,* quando duo iudices contendunt super jurisdictione,

132 cum mei instituti non sit, sufficiat hæc scripta cum ea illustrasse. Neque in his casibus procedit regula quod Ecclesiasticus Judex, quia superior, cognoscit an sua sit jurisdicção: nam multis modis limitatur, nempe quando in totum negatur ejus jurisdicção Paulus de Castro, *in lege ex quacunque, numero 8. digestis si quis in jus vocat. non inierit,* quando duo iudices contendunt super jurisdictione,

133

quia unusquisque est dicens jus in causa propria, & regula solum procedit quando partes disceptant super jurisdictione; aliis relatis Barbof. *in dicto capite super litteris, numero 170. de rescriptis,* vel quando versamur in notoriis, pluribus Dominus Valençuel. *consil. 52. numero 25. Præsul Urrutigoiti, questione 53. numero 5. Fernof. in cap. si clericus, 5. questione 20. numero 1. & in Rubric. numero 4. de for. competent.* Et cum hæc omnia concurrant in specie de qua agimus, quia Judex laicus negat in totum jurisdictionem Ecclesiastico, iste intendit ampliare suam jurisdictionem, & sic dicere jus in causa sua, & notorietatem supponimus eum excludentem: ob quod non potest cognoscere an sua sit jurisdicção, & in consequens vim infert cognoscendo & procedendo. Sed demus quod à principio bona fide procedat, quando ei constat reum ad locum immunem non confugisse, vel patrasse, crimen exceptum, & nihilominus se competentem declarat, deficiente qualitate tribuente jurisdictionem, vim infert amplius procedendo, & ut illa excludatur procedit decretum *Laiorum* ne mittat falcem in messem alienam, & jurisdictionem Regiam perturbet, aut impediat; quia sepius evenire solet, cum plures ex Judicibus Ecclesiasticis maxime intendant suam ampliare jurisdictionem. Quod sæadet ex eo; quia licet certissimum sit cuique ex Judicibus servandam esse suam jurisdictionem, *cap. pervenit. 39. 11. questione prima, cum aliis adductis per Præsul. Urrutigoiti, questione 51. numero primo, & nihilominus Ecclesiastici defendunt licet suam jurisdictionem posse prorogari à Laicis in causis merè profanis, ut tenent Augustinus Barbofa, in lege Episcopale 8. cap. de Episcop. & Cleric. numero 5. Sanchez, consil. moral. libro 6. cap. 1. dub. 6. numero 1. Fernof. in cap. licet suscepto, questione 3. numero 1. de for. compet. Diana, parte 4. tractat. 1. resolut. 24. in fin. part. 5. tractat. 1. resolut. 3. Thomas del Bene, de immunit. tom. 2. cap. 10. dub. 6. sectione 2. à numero 13. Præsul Urrutigoiti, in eodem tract. de compet. quest. 49. num. 28. Quæ nescio quo pacto procedere possunt, extante prohibitione*

tionem juris Canonici, ne se immisceant in negotiis merè temporalibus, *tototit. ne cler. vel Monach. ubi communiter Doctores.*

135 Neque ex his habent relaxandæ sunt Judicibus secularibus, ut extrahant passim reos invitos ab Ecclesiis; nam iniquè, & imprudenter agerent, nisi constito prius de crimine excepto verè patrato per illum reum. Alias enim censuris cæterisque pœnis in violatores immunitatis Ecclesiæ inflictis subjiçentur, & ansam præberent innumeris malis. Ego enim licet per decem & septem annos, ac amplius, munera criminalia gessi, in hanc supra Curia, & Audiencia Valentia, tantum unum reum ab Ecclesia extrahere jussi, quem in flagranti apprehendi intra Ecclesiam Parochialem. B. Mariae istius Regiae urbis, in die, & celebritate Corporis Christi, qui Don Alphonso de Lorca Secretario Domini nostri Regis in Consilio novi Orbis insigne aureum gemmis ornatum habitus Sancti Jacobi furatus fuerat & venerandum fenem de furto conquerentem, malè tractabat, ductus fundamento solido desumpto, *ex cap. fin. de immunit.* quo Gregorius IX. delinquentes in Ecclesia tanquam indignos ab immunitate repellit, ut Doctores notant, quorum plures adducit Currel. *d. lib. 1. quest. 2. num. 7. & ego cum ulavi dict. contr. 7. num. 11.* quibus addendus Præsul Urrutigoiti, *quest. 76. à n. 31.* Sed pro reo expeditæ fuerunt litteræ ab Ecclesiastico, & causa coram eo conclusa, Reus obtinuit decretum de restituendo. Restitutus fuit ad Ecclesiam; sed in ipsa sexto die nondum elapso nequiter occisus fuit similia attentando, demonstrante Deo templi violati ultionem, dum in ipso pœnam acerbioram tam citò reportavit.

137 Judicibus Ecclesiasticis non doctrinam subministrare desidero: sed obsecrare in quantum possum, quod in examine testium à reis productorum, ad verificandum confugisse, adhibeant curam quam Pontifices mandant, eos per se examinando. Eugenius III. *in cap. si qui testium 8. de testib.* scribens ad Exonium & Vigoronum Episcopos clarè supponit testes per eos examinandos esse, nisi impediti fuerint, & adhuc in criminalibus hanc licentiã limitat Doct. apud Barbof. *in eod. Text. num. 5. Inno-*

centius III. *in c. cum causam, quest. 37. eodem tit.* Episcopo Palentino examen testium commisit, quo *in Text.* perpendenda sunt verba illa: *quia verò utrique parti nimis existeret onerosum, ut testes producerent coram nobis: mandamus quatenus recipias testes.* Supponit namque Pontifex testes coram eo producendos, & examinandos esse; & non movetur ad committendum examen Episcopos; ex innumeris curis quibus Papa gravatur; sed partium gravamine, ne excessivis sumptibus onerentur. Dispensat siquidem ne coram se adferantur: sed Episcopum eligendo, non ut recipere faciat, vel mandet; sed *quatenus recipias testes,* exprimens personalem industriam adhibendam, ut ex reliquis verbis illius Textus depromitur. Nunquam enim istæ controversiæ fuscitantur pro levibus delictis, sed pro atrocioribus, ex quibus respublica maxime læditur. Immunitatis Ecclesiæ privilegium, res magni momenti per se est. Commisso examine Tabellioni, vel Notario non tractatur negotium pro dignitate. Testes quos judex non videt, nequeunt ejus animum instruere, cum ex genere personarum, ex modo dicendi, ex ratione sciendi, ex trepidatione, vel audacia, & aliam circumstantiarum, quæ in examine concurrere solent, explicant Judici lapsissime quod latet in corde. Ex quibus percipere possit an vera, vel falsa deponant, an ultro se offerant, an somnata dicant, an facto adfuisse, & cetera, quæ cordatus Judex attendere debet. Quare post verba superius adducta addit Pontifex: *Ac eos diligenter examinare procures, & de singulis circumstantiis prudenter inquirens, de causis, videlicet, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & certitudine, cuncta plene conscribas.* Non ignorat, nisi qui ignorare vult, testes ad hoc haberi venales; quorum aliquos Aula non semel debita pœna coercuit: in exemplo relato, *suprà num. 81.* nominum suppositio clarè detecta fuit. In alia ex causis, in hac Controversia, memoratis manifestè scimus, quod unus ex testibus interrogatus ab amicis, quo pacto dicere potuit, ea quæ nec visa, nec effecta fuerant, Respondit, sibi delatum juramentum non fuisse, & quod si delatum foret, forsan, asserere non fuisset ausus.

In iudicio proferendo, p̄ oculis habenda sunt verba mirabilia Textus, in cap. 1. de const. quæ sunt hæc: Canonum statuta custodiantur ab omnibus: nemo in actionibus, vel iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur. Dum adest decisio Textualis, iniquè agit Iudex, qui quærit Doctorum placita, potius ad destructionem iurium inducta, quàm ad declarationem: ubi deficit jus, vel obscurum repetitur, tunc ad Doctorum classicorum interpretationes recurrendum est; eas ex ratione iudica pensando, non ex affe-

ctu voluntatis seligendo: iudicandi quippe munus, per actum intellectus 142 abolvitur, non per voluntatis nutum terminatur. In conflictu opinionum ea sequenda, quæ Auctorum in re, de qua agitur, experimentis probatorum, doctrina fulcitur, non ex numero, sed gravitate æstimando. Sed hæc ad nos non spectant: quare calamum pono, ista, & cætera in hoc volumine contenta, iudicio sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ humiliter submittendo, atque Doctorum, melius sentientium, Censuram deprecando benignam.



577

INDEX RERUM ET VERBORUM, quæ in hoc Libro continentur.

Litera C, controversiam: N, numerum marginalem designat.

A

Abbas.

ABBAS an admittendus testis in causa Ecclesiæ, *controversia* 61. num. 6.
Abbatibus nullius diocesis non possunt procedere in causis immutatis per se, sed vocato Episcopo proximiori secundum Gregorianam, *contr.* 78. num. 109.

Abductio.

Abductio fœminæ qualis requiritur ad probandum raptum, *contr.* 51. num. 22. & seq.

Abra dentes.

Abra dentes monetur. Vide *Tondentes*.

Abraham.

Abraham suo tempore usum pecuniæ argenteæ publicè percussæ novat, *contr.* 45. num. 40.

Abfalon.

Abfalon inimicus Amnon eum occidit proditoriè, *contro.* 30. num. 55.

Absentia.

Absentia mariti adulterii præsumptionem præbet in uxorem cum alio reperiam, *contr.* 11. num. 30.

Absens.

Absens neque accusari neque accusare potest, *contr.* 28. num. 5.

Absens qui ad iudicium venire recusat semper nocens reperitur, *contr.* 28. num. 6.

Absens convincitur per legitimum contumaciale processum, *contr.* 28. num. 8.

Absens si procuratorem reliquerit per quem defendi possit citato procuratore non potest conquiri ex defectu citationis, *contro.* 70. num. 9.

Absens per Procuratorem citatur & defenditur, *contr.* 70. num. 11.

Absens ex causa necessaria subveniendus etiam si Procuratorem reliquerit, *controversia* 70. num. 44.

Absens condemnatus per contumaciale processum an audiendus, *contr.* 77. num. 3.

D. D. Laur. Maibiu, de Re Crim.

Absente.

Absente reo pœna corporalis non imponenda, *contr.* 77. num. 3.

Absenti in civilibus curator bonis dandus, *controversia* 70. num. 35.

Absentis citatio quomodo fienda per Procuratorem, *contr.* 70. num. 16.

Absentis Procuratori citato an concedenda dilatio ad Dominum consulendum, *contr.* 70. num. 37.

Absolvi.

Absolvi an debeat infidelis à crimine in iudicium deductum si baptismum susceperit, *contr.* 36. num. 11. & seq.

Absoluta.

Absoluta facultas juxta Conscientiam, Zelum, & experientiam; an regula sit, *controversia* 63. num. 20 & 22.

Absolutus.

Absolutus vel condemnatus de aliquo crimine non potest amplius molestari super eo, *contr.* 71. num. 17.

Absurdum.

Absurdum resultans ex publicatione processus in summaria, *contr.* 25. num. 5.

Absurdum est quod rerum turbentur officia sed non crimen, *contr.* 48. num. 33.

Abusus.

Abusus iudicium in commutandis pœnis, *contr.* 21. num. 27.

Acceptatio.

Acceptatio Populi requiritur ad validitatem legis Pontificiæ in his quæ ad finem non pertinent, *contr.* 7. num. 15.

Accessus.

Accessus famuli ad domesticas fœminas. Vide *Famulus & Suprum.*

Accusans.

Accusans in Aula suprema criminum ante omnia iustificare cogitur, jus accusandi ad se pertinere, *contr.* 27. num. 9.

Accusans aliquem temerè non peccat in his quæ lege naturali directè prohibita sunt, *contr.* 33. num. 19.